

DIEM SACRUM
AB S. LUDOVICI NOMINE
NUNCUPATUM
IN HONOREM
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
PRINCIPIS ET DOMINI
L U D O V I C I I I I
MAGNI DUCIS HASSIAE ET AD RHENUM
CIVIBUS
ACADEMIAE LUDOVICIANAE
OMNI QUA PAR EST
OBSERVANTIA ET REVERENTIA
CELEBRANDUM
RECTOR CUM SENATU
INDICIT.

SUBIICIUNTUR F. OSANNI P. P. O. PROLEGOMENA AD EUSTATHII MACREMBOLITAE DE AMORIBUS
HYSMINIAE ET HYSMINES DRAMA AB SE EDENDUM.

G I S S A E.
TYPIS GEORGII DANIELIS BRUCHLI I. TYPOGR. ACAD.
MDCCLV.

PRAEFATIO.

Annus est quum Eustathii sive Eumathii, ut vulgo appellatur, de Hysminiae et Hysmines amoribus dramatis editionem parari octo et triginta abhinc annis coeptam, studiorum aliorum cura saepe diuque intermissam, tandem quantum per me fieri potuit absolutam in lucem emissurus fui : a quo consilio protinus, ut constitueram, persequendo retinere me debuit nuntius interim ad me nec opinantem perlatus de eisdem operis editione una cum ceteris scriptoribus Graecis eroticis Parisiis per Ambr. Firm. Didot instituenda propediemque vulganda. Huius enim operae quum partem eam, quae ad Eustathium spectaret, curae Philippi Le Bas, viri clarissimi, simul rescissem demandatam esse, qui quantum expoliendo Eustathii dramate praestiturus esset, interpretationem eiusdem operis vernaculo sermone conscriptam multis abhinc annis vulgando ostenderat, eo promptius a proposito destiti, quo magis cunctando rei ipsi consuli videbatur, quandoquidem ex Parisiensi exemplo insignem fructum alteri editioni redundaturum esse iure exspectari licebat. Itaque seposito paulisper opere, quod institui, ab hac oblata mihi palam disserendi opportunitate non alienum esse putavi, si consilii mei, quod insuper a me agitari passim significavi, rationem paulo enucleatius in antecessum aperirem, itaque adhibito olim Parisiensis editionis adminiculo, quid a repetita cura exspectari posset, ostenderem. Quocirca speciminis loco operae meae adhuc insumptae iuvat Prolegomenon partem priorem, quae de Eustathio ipso deque eius opere agit, una cum exordio dramatis adnotatione mea critica instructo, vulgando operi ipsi, si dii adnuant, aliquando profligando quasi praeludere.

Quod haud pauci facere solent, ut curam in opere antiquo edendo positam auctoris virtutibus supra modum elatis, vitia eius vel celaudo vel fucando, commendare et praeconio suo lectores ad coenam scilicet lautissimam adlicere studeant, idem in scriptore, qualis Eustathius est, tantum abest ut, si vellem, facere possem, ut statim in fronte operis mihi conlitedum sit, de scriptore agi, et aetatis qua vixit iufimae et Graecitatis ferme collapsae vel protinus collapsurae vitiis mirifice laborante : quem, ut aliorum iudicia praetermittam, Casaubonus legisse se non poenitere, non legisse haud magni facere dixit ¹⁾. Nam Eustathius in paucis, si quis uuus, eximius nugarum magister,

1) Casauboniana ed. Wolf. p. 13.

quod non satis perspexit Boxhornius, quum Graecum Apuleium appellaret Eustathium ¹⁾. Vere et ad rem apposite iudicavit Villemainius, cuius verba digna sunt, quae infra describantur ²⁾. Ego vero talis scriptoris edendi propositum, casu potius quodam quam consilio a me susceptum, si non aliis rationibus, exemplo certe et argumentandi modo Levequii, quem Boissonadius, vir summus, ad Nicet. Eugenian. p. IX laudat, similis moliminis suasorem, ipsiusque Boissonadii tutari me posse confido, qui neque talium scriptorum opera, quippe quibus etiam classicorum scriptorum cognitio adiuvetur, blattis tuncis committenda censens, Nicetae Poeseos ab se editae consilium defendere sustinuit: quo versificatore Eustathium certe multo praestare iudicavit Villoisonus, eidem Boissonadio laudatus p. VI. Nihil igitur elegantiorum hominum supercilia veritus, feci id quod potui, ut huius scriptoris opus, socordia temporum paene sepultum, paranda nova editione tanquam ex Orco in lucem reducerem: quod si non displicuisse iis audivero, qui vel ex tenuissimis litterarum Graecarum reliquiis nihil non liberalis doctrinae studiis redundaturum existiment, laboris immane quod devorandum mihi fuit taedium suscepisse me non poenitebit.

Eustathii drama ex quo Gaulminus a. 1517 ³⁾ primum Graece in lucem protraxit, et anno post notulis instructum repetit ⁴⁾, qui iterum ederet nemo repertus est praeter nescio quem Graeculum opinor hominem, qui Viennae vulgasse dicitur a. 1791 ⁵⁾, et Henr. Lud. Teucherum, qui repetendo editionis principis exemplum una cum editoris interpretatione Latina, paucis quae ex genere typographicorum mendorum essent cor-

1) Ad Suetonium p. 609.

2) Lascaris par Villemain, Paris 1826. T. I. p. 251 : «Après avoir parlé de Longus, nous pouvons descendre, sans nous arrêter, dans les derniers abîmes de la décadence littéraire des Grecs; il n'y a plus rien sur notre passage qui mérite attention. Les *amours d'Isménie et d'Isménias* réunissent tout ce qu'il y a de vulgaire et de mauvais dans les ouvrages précédens. On peut remarquer seulement que dans ce roman le personnage principal raconte lui-même son histoire; forme dont les modernes ont fait beaucoup d'usage, mais qui ne se retrouve guère parmi les anciens que dans la *Métamorphose de Lucius*, et dans le trop fameux *Satyricon* de Pétrone. Cet ouvrage est intitulé, dans l'original, *Drame d'Eustathe sur Isménias et Isménie*. Eustathe est désigné par Ducange comme *protonobilissime* et *grand-archiviste*. Son ouvrage est bien digne de ce misérable Bas-Empire, sous lequel ces dénominations de la cour de Byzance avertissent qu'il faut placer l'auteur.

On y sent l'épuisement d'idées, l'espèce d'appauvrissement intellectuel qui caractérise cette époque de l'histoire. Il peut être lu avec curiosité sous ce rapport; ce sont les médailles d'un siècle de décadence, médailles mal frappées, mais précieuses et véridiques par leur imperfection même.»

3) ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΚΑΘ' ΨΥΜΝΙΑΝ ΚΑΙ ΨΥΜΝΗΝ ΔΡΑΜΑ. Eustathii de Ismeniae et Ismenes amoribus libri XI. Gilbertus Gaulminus Molinensis primus Graecè edidit et Latine vertit. Lutetiae Parisiorum. Sumptibus Hieronymi Droart, via Iacobaea, sub scuto solari. M. DCXVII.

4) Non est nova editio, sed prioris cum eodem titulo aucta notulis repetitio, ab illa anni tantum inscriptione diversa, liber perarrarus, cuius exemplo ex bibl. Gottingensi mihi commodato usus sum.

5) A redemptore eius editionis Vindobonensi exemplum mihi expetenti responsum est a. 1832, nullum superesse vendibile. Ipse numquam oculis conspexi.

rectis, officio editoris satisfecisse ratus, Lipsiae a. 1792 edidit, muneris suscepti tam parum curiosus, ut permultis adeo locis quae oscitantia operarum ob iterationem eiusdem vocabuli omissa fuissent non revocaret, nunc ex Gaulmini contextu ipsorum codicum scriptura comprobato restituenda, ita ut Teucherianum exemplum pro integro minime haberi possit, ea laude, qua Harlessius ad Fabr. B. Gr. T. VIII. p. 136 prosecutus est, prorsus indignum. Neque aliter iudicavit Grassius p. 272 libelli infra citandi. Itaque etiam nunc si quis genuinum Eustathii opus cognoscere velit, ei Gaulmini exemplum adeundum est, quod explere potuisset desiderium philologorum, si fortunae placuisset ut operis contextus ex codice bono descriptus esset. Quod secus accidisse nemo ignorat, qui vel unam operis paginam accurate examinarit. Cui enim datum fuerit unum alterumque codicem inspicere, eum fugere non potest, omnium pessimum fuisse codicem eum, quo editor princeps usus fuerit, quippe ex quo exemplum prodierit, ceterorum tantum non omnium librorum ope innumeris locis vel corrigendum vel etiam supplendum. Eustathium post Gaulminum iterum edendi consilium ceperant et editionem Eustathii moliti erant Iungermannus ¹⁾, Salmasius ²⁾: sed promissis neuter stetit. Neque eorum, qui interpretis partes sustinuerunt ³⁾, quisquam inventus est, qui ad emendandum contextum quidquam conferret praeter Bassum ⁴⁾ (hoc enim nomine virum eruditissimum lubet appellare cum Boissonadio praecceptore eius) qui drama Eustathii vernaculo sermone interpretaturus, quum intellexisset, absque codicum ope ne hilum quidem profici posse, hic illic ubi scripturae vulgatae obscuritas vel corruptela manifesta invitaret, codices, quos variis in bibliothecis indagasset, consuluit interpretationique suae ita adhibuit, ut scripturae admissae rationes in notis redderet. Quod si saepius factum esset, futuro editori, quibus aditus ad illas ab ipso usurpatas copias non facile pateret, etiam melius consuluisset.

Neque denique qui singulari opera contextum tractarit alium novi quam Gratianum de S. Bavone (Ioannem Alberti), qui Stricturis suis in Xenophontis Eph. Erotica in Miscell. obs. Vol. III, 1 vulgatis observata nonnulla, quae ad explicandam Eustathii

1) V. Fabr. Bibl. Gr. T. VII. p. 136. Harl. Grasse p. 270.

2) V. Grasse p. 271. Quod idem de Matthaeo narrat, error est.

3) Recensum v. apud Fabricium T. VIII. p. 137 cum additamentis Harlessii, quibus adde notata nobis in Ephem. litt. Hal. 1833. Suppl. No. 11. p. 83, et Grassii p. 272. Unius interpretationis addo memoriam adhuc praetermissam, cuius notitiam soli Krebsio Philol. Bucherk. T. I. p. 122 debeo, hoc

modo inscriptae: Les amours d'Ismene et Ismenias, avec figg. Paris 1797. 4 et 12.

4) Aventures de Hysminé et Hysminias par Eumathe Macrembolite; traduites du Grec, avec des remarques, par Ph. Lebas. Paris 1828. (Collection des romans Grecs traduits en françois, avec des notes, par Courier, Larcher et autres hellénistes, Tom. XIV.) Bassiani libri censuram egi Ephem. litt. Hal. 1833. Suppl. No. 11. p. 81. sq.

phraseologiam unice spectant, inseruit p. 100. sq. : ex quibus quae utilia videbantur, ipsius auctoris verbis suo quaeque loco adscripsi, pauca quidem nec magni pretii. Nostra tamen memoria Iacobsius et Boissonadius, debita laude non privandi, de Eustathio insigniter eo promeriti sunt, quod ubi occasio ferret, singulos locos dramatis in examen vocarunt, adhibitis plerumque codicibus Parisiensibus vel Monacensibus. Superavit vero omnes qui umquam Eustathium tractarunt, et diligentiae studio et consilii ratione Theodorus Grässe, qui peculiari commentatione omnia quae ad Eustathii vitam, aetatem, drama, codices, dictionem emendandique rationem rectam pertineant, accurate perscrutatus est ¹⁾, si iisdem, quae mihi in promptu fuerunt, copiis ipsi licuisset uti, etiam plus effecturus. Cuius laboris fructum quamvis, si vere iudicandum est, exiguum, ita meum feci, ut nihil spreverim temere, quod rationi editionis meae recte exsequendae prodesse visum fuit. Transeo iam ad enarrationem eorum subsidiariorum quibus in contextu refingendo adiutus fui.

A, Codex Parisiensis bibl. imp. 2895 formae maximae saec. XV in charta scriptus, Longi Pastoralia et Achillis Tatii de amoribus Leucippes particulam una continens. Cf. Iacobs. ad Achill. Tat. p. LXXXV. Longo edendo eum adhibuit Villoisonus, ceteros suos codices variantium lectionum copia et praestantia antecellentem, ut ait Praef. p. LXX.

B, Codex Paris. bibl. imp. 2914 chartae formae octavae minoris saec. XIV, ut putatur, scriptus, folia 114 continet, quorum ordo nonnumquam turbatus est. Librorum divisione caret, ceteroquin integer nisi quod desunt quae leguntur inde a p. 272—278 et p. 328—332 ed. Teuch. qua in pp. citandis utor.

C, Codex Paris. bibl. imp. 2915 forma octava minore a. 1364 ab homine Iudaeo scriptus, teste subscriptione Graeca. Excisa sunt aliquot folia, quibus continebantur p. 382—390. p. 432—440 et p. 500—506. Eustathii libello, foliis 91 perscripto, adhaerent octo folia epistolas nonnullas anonymas continentia; Chrysostomi esse, ostendit epistolae fol. 95 b scriptae initium : ἕταν ἴδω δῆμους ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν κατὰ τοὺς ὁδοὺς, quae verba leguntur ed. Montefalc. T. I. p. 590. Sub finem codicis f. 102 b leguntur haec :

Μάρκος ἐγὼ τάδε πάντα κελαινοτάτοις βρέθρου
τὸν κάλαμον πλήσας, γράφα φίλ' ὀτραλέως.

Cui disticho a manu docta adscripta sunt : „Huius distichi auctor Marcus Musurus, non tamen scripsit totum codicem; sed folia tantum octo ultima quae videntur avulsa esse ab integro aliquo volumine.“ Recte.

1) Jahrb. Suppl. IV. p. 271. sq.

D, Codex Paris. bibl. imp. 2897 formae maximae chartac. saec. XVI, ex Vaticano descriptus. Leguntur initio : „De Vaticana bibliotheca descripti ex recentiore exemplari et cum pervetustiore collati quam diligentissime Eumathii Macrembolitae de Ismeni [sic] et Ismeniae amoribus libri XI.“ Vetustiore Codicem appellavi E. Ille idem est codex, cuius lectiones innumeris librorum ab se editorum locis Boissonadius commemoravit.

E, vide ad Codicem D.

M, Codex Mosquensis Bibl. SS. S. num. 340 in forma quarta, quem Chr. Fr. Matthaeus Mosquae a. 1777 cum ed. Gaulmini contulit variantesque adscripsit exemplari Gaulmini in Bibl. Reg. Dresdensi, ubi exscripti a. 1817, asservato. Codex dicitur olim fuisse in Monasterio Iberorum in monte Atho ¹⁾. Sub finem leguntur : ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον μηνὶ μαΐω ἢ ἰνδοκτιῶνος ἔ τοῦ ς ΘϚε ἔτους. χεῖρ Ἀντωνίου μακρικοφένδακκη, cum nota Matthaei hoc : „Scriptus ergo anno mundi 6995, Xsti 1487.“ Codicem Matthaeus ipse commemoravit ad Plutarch. de vitioso pudore p. 45, ut doceor a Boissonadio Anecd. Gr. T. I. p. 302.

R, Codex Bavaricus, cuius collationem ad ed. Gaulmini confecit Ioh. Iac. Reiskius, inter libros Reiskianos nunc in Bibl. Reg. Havniensi servatam : quam ab se diligentissime descriptam eius bibl. quondam custos Olaus Blochius pro sua erga me benevolentia ultro mecum communicavit. Ceterum dubitari nequit, quin unus ex tribus illis codicibus Monacensibus sit, de quibus infra dicendum est. Immo vero non potest non idem esse, qui nunc numeratur XCVI, de quo Hardt Catal. Mss. bibl. Bav. T. I. p. 511 : hic enim Monacensium solus cum Eustathio una Achillem Tatium et Heliodorum continet. Adde quod dubitanti omnem scrupulum eximet, codicem collatum a Reiskio dici numeratum 211, quo numero Monacensem unum in antiquiore catalogo signatum esse Iacobsius testatur, ad Achill. Tat. p. LXIX.

T, Codex Tubingensis chartaceus forma quarta minore scriptus, olim Crusianus sign. Ms. XX, 13, cuius variantes ad ed. Gaulmini exactas descripsit Fr. Bauer Tubingensis, tunc litterarum studiosus, mihiq. a. 1829, intercedente Tafelio professore quondam Tubingensi, pretio soluto concessit, de codicis conditione haec subnotans „Compendia scripturae neque multa admodum neque difficilia, ut quid singula sibi velint, rarissime et non nisi primo obtutu ambigas, nescias nunquam.“ Codici qui conscripsit haec ipse sub finem subscripsit : „Absolvi ego M. Crusius 27. Septbr. 1584. Tubingae. Ex exemplari folii magnitudine habente 58. folia, τῆς παρ' αὐγουσταίου

1) De hoc monasterio eiusque bibliotheca v. Rob. von Meissner, Leipzig 1854. cap. XXV. p. 199. Curzon Besuche in den Klöstern der Levante, deutsch ed. alt.

βιβλιοθήκης : per M. Neubergium concionatorem, συγχωροῦντος κυρίου Ἀντωνίου Χριστοφόρου Ῥαιλλιγγήρου δυνάδρου, misso. Postea remisi.“ In pagina ultima, teste Bauero, inter alia huc nil facientia haec Crusii leguntur verba : „Μόνον διὰ τὸ κάλλος τῆς φράσεως τὴν βιβλίον [sic] τήνδε μετεγραψάμην, φιλέλλην ὄν.“ Augustanus ille liber Bauero unus ex tribus Monacensibus esse videtur, quibus Iacobsius ad Achill. Tat. passim usus sit. Neque hoc iniuria, quandoquidem ut Crusianum apographum ex eo codice, qui nunc inter Monacenses recensetur CCCCV (v. Hardt Cat. T. IV. p. 250) licet in levibus quibusdam rebus uterque inter se dissideat, ductum esse censeamus eo adducimur, quod Στίχοι πρὸς ἔρωτα illi, Eustathii operi praefixi, quos infra dabimus, in hoc solo Monacensium codicum exhibentur. Neque aliter de Monacensi hoc libro et Augustano, qui dicitur, statuit Grasse p. 271. Versibus vero illis in codice nonnulla praemittuntur, ab Hardtio neglecta, quae licet ad rem nihil faciant, tamen ad ampliorem codicis cognitionem transcribere iuvat.

Θαλάσσης τὸ ἐρυθραῖον πέλαγος ἀβρόχοις ἔχνησιν ὁ παλαιὸς πεζεῦσας Ἰσραήλ, σταυροτύποις (ita explicio compendium quo vox scripta est) Μώσεως χειρὶ τοῦ Ἀμελήχ τὴν δόναμιν ἐνίκησεν.

Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν καὶ
μὴ παθεῖν, καλὸν μαθεῖν ·
εἰ δὲ δεῖ μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν, τί
δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ δεῖ.

Ad haec Bauerus : „Crusius in Variis Graecis anni 1557. p. 178. MS. XX, 10 : „Emmanuel Musikius Atheniensis mihi domi meae donavit libellum graecum 16^{ae} magnitudinis crassum, versibus politicis constantem. Incipit : εἰ μὲν οὖν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν.““ Eustathius, ad quem revertor, in T inscribitur : Πόημα Εὐσταθίου πρωτονοβελισίμου καὶ μεγάλου χαρτοφύλακος τοῦ παρεμβολίτου, τοῦ καὶ (Hardt δὲ) ὕστερον χρηματίσαντος μητροπολίτου θεσσαλονίκης τὸ καθ' Ὑσμίνην καὶ Ὑσμινίαν δράμα, βιβλία περιέχον (Hardt περιέχων) ια. Praeter hunc titulum T alterum ab Hardtio neglectum exordio praemittit hunc : Τὸ καθ' Ὑσμινίαν καὶ Ὑσμίνην δράμα, ποίημα Εὐσταθίου φιλοσόφου. Denique, ut nihil omittam, ex hoc ipso codicis exemplo Crusiano excerpta nonnulla exstant in cod. bibl. Harleianae n. 3521, teste Catalogo huius bibl. T. III. p. 37.

Haecenus de libris, quos ipsos adhibere mihi licuit integros. Ceterorum quos novi notitiam adiuncturus, primum de iis dicam, quos Gaulminus usurpaverit. Atque hic quo potissimum ex codice Eustathium in lucem produxerit, ipse nullo verbo indicavit. Quatuor libris se usum scribit p. 142 ad v. πένητες, quorum tamen rara fit mentio neque satis ea distincta : quorum neque unus quem suum (*meum*) appellat, neque alter, quem Maussaci fuisse uarrat, cum uno aliquo a me collato conspirat : immo plane novas uterque

aliquas suppeditant variantes, quas indicare non opus. Praestantia eos quos ipse adhibui minime antecellunt, quandoquidem hi verborum contextum longe integriorem exhibent. Tertius est Regius, ut appellatur, Parisiensis credo, ex quo quod excitatur I. p. 4 ἱερῶ πεδίλω cum ἱερὸν πέδιλον, quod Bet C, Parisienses, praebent, componi fortasse licet: at obest σφύζων pro σφριγῶν IV. p. 142, quod ex nullo Parisiensi enotatum habeo. Tum idem p. 166 ἡ δ' αἰδῶς — ἑπταβόειος a Regio abesse dicit, quae verba universi Par. agnoscunt. Etiam singulare est κατατρανοῦσαν pro κατατραγωδοῦσαν V. p. 178. Item p. 188. κατὰ σείριον pro κατὰ σελίγγην. Nolo plura afferre. Quarti non memini mentionem alicubi singulariter fieri. Hos codices, quantum quidem pernoscere licet ex imperfecta Gaulmini notatione, si cum iis, quos accurate excutere adhuc contigit, contendimus, pernirum debet videri, ab his prorsus diversos fuisse, atque ne Regium quidem illum in bibl. Parisiensi hodie reperiri videri, ni forte idem putandus est cum n. 2907 a me non inspecto, qui inter sex illos eiusdem bibl. codices ab Harlessio ad Fabr. Bibl. Gr. T. VIII. p. 136 commemoratur, quique laudatur a Sinnero ad Longum p. XIV: haud magni liber pretii, siquidem in Eumathii (sic in cod. appellatur auctor) contextum coniecturam facere ex eo licet, quod Longus, quem una continet, descriptus Sinnero dicitur ex editione principe Iuntina. Sextus codicum ab Harlessio laudatorum (nam de quatuor ceteris a me collatis supra dictum) fragmentum Eustathii continere dicitur, a me quidem frustra quaesitus. Ceterum Parisiensibus addamus codicis notitiam exstare in Catalogo bibliothecae cuiusdam Graecae inserto codici olim Colbertino, unde inscriptionem operis Cangius v. Νωβιλίσμος transcripsit: Ποίημα Εὐσταθίου πρωτονοβιλισίμου καὶ μεγάλου χαρτοφύλακος τὸ καθ' Ἰσμινίαν δράμα, βιβλία περιέχον ἰά. Cf. Chardon de la Rochette Melanges T. II. p. 87. Pergo ad reliquorum Eustathii librorum Mss. recensum.

Leidensis, teste Geelio Catal. Mss. bibl. Leid. p. 36, chart. in forma quarta saec. XVI negligenter scriptus n. 123, olim Collegii Paris. soc. Iesu. Inscriptio: Τὸ καθ' Ἰσμινίαν καὶ Ἰσμινίην δράμα ποίημα εὐσταθίου φιλοσόφου. Ἐρωτος ἰσμινίου βιβλίον α^{ον}. Librorum singulorum inscriptio prorsus ut in T. In fine scriptum: ἔτσι χριστου (ἀφογ) ἀνέγνω ταύτην ὁ Ναυλῶτ κοιλαδεὺς, Ἀναλλωναῖός τε καὶ Αἰδουος.

Monacenses tres novit Iacobsius passimque scriptis suis excerptas ex iis lectiones inseruit, primum uno usus in coniecturis de locis nonnullis Achillis Tatii (Wolfii Anal. litt. III) p. 44, eo, ex quo Gaulmini editio fluxerit, multo integriore, simul cum duobus aliis, quorum de uno verba fecit ad Achill. Tat. p. LXIX accuratius. Ac tot numerat bibl. regia Mouacensis XCVI. CCCCV et CCCCLX, teste Hardtio T. I. p. 511. T. IV. p. 250 et 432. Horum Monacensium collationem ab ipso Iacobsio secum communi-

catam se possidere professus est Grasse p. 271. Ceterum quod supra monitum est, cum horum Mouacensium uno eundem esse codicem, quem R appellavi, id insuper ex consensu scripturae certo colligitur. Ex multis exemplis affero III. p. 78 κλεπόλαις. VI. p. 270 κατεκυματούμενην. Atque commode idem in alio Monacensi n. CCCCV accidit, quem totum exhiberi in T, ad hunc supra adnotavi. Haec quamquam ita se habent, tamen nolui lectiones ex his Monacensibus horum nomine a Iacobsio aliisque passim vulgatas tacere, quoniam in tradita scripturae diversitate sua cuique fides excerptori habeenda est ¹⁾.

Vaticanos tres, n. 114, eundem de quo Iacobsius ad Achill. Tat. p. LXXXIII deseruit, 165 et 1350, inspexit, ut ipse narrat p. XVIII. sq., Bassus passimque in notis commemoravit. Quorum is, quem primo loco nominavi, eo memorabilis est, quod teste Amatio saec. XII scriptus est. Ex horum uno an D descriptus sit, haud magis exquirere potui quam num unus eorum cum E idem sit.

Barberini duo Romae servati, n. 151 et 403, quos idem Bassus adhibuit, quem v. p. XIX. sq. Quorum ille saec. XIII scriptus putatur. Unum codicem, quem possidisset Barberinus Cardinalis, commemoravit Holstenius ad Ortel. p. III.

Romanum alium vidi ipse in bibl. Collegii Romani asservatum, in charta maxima saec. XIII vel XIV scriptum, qui praeter nonnullas Themistii orationes, Longum et Achillem Tatium una Eustathii libellos continet, hunc in modum inscriptos: Εὐμαθίου τοῦ μακροβολίτου ποίημα τῶν καθ' ὑσμίνην καὶ ὑσμινίαν βιβλία 7. Conferre non licuit.

Neapolitanum in Museo Studiorum charta maxima saec. XV scriptum vidi nec tamen contuli. Titulus fert: Ποίημα εὐσταθίου τοῦ φιλοσόφου, πρωτονοβελεσίμου καὶ μεγάλου χαρτοφύλακος τοῦ παρεμβολίτου τὸ καθ' ὑσμίνην ὑσμινίαν δράμα, βιβλία περιέχων 12.

Taurinensis, a Boissonadio Anecd. Gr. T. V. p. 330 laudatus, teste Pasino Codd. Mss. bibl. Taur. p. 336, chartaceus saec. XVI rudi admodum scriptus calamo. Inscriptio: Ποίημα Εὐσταθίου πρωτονοβελεσίμου καὶ μεγάλου Χαρτοφύλακος τοῦ Παρεμβολίτου τὸ καθ' Ὑσμίνην καὶ Ὑσμινίαν δράμα [sic], βιβλία περιέχων 12. Simul vulgantur versus nonnulli (Στίχοι εἰς Ἐρωτα), qui operi praemittuntur, de quibus infra dicam.

Mediolanensem commemorat Vossius de hist. Gr. II, 27. p. 362 West. quo auctor nuncupatur *Eumathius Macrembolita Protonobelisimus*.

Venetus in bibl. S. Marci, a Zanettio Catalogi auctore neglectus, teste Villoisono Anecd. Gr. T. II. p. 242. Cf. Grasse p. 271.

Anglicanus, ut vocat qui eius notitiam dedit Iacobsius ad Achill. Tat. p. LXXI, in Museo Britannico asservatus. Cf. Grasse p. 271.

1) Teucherianae editionis exemplum, cui codicum illorum trium variantes Iacobsius adscripsisset, quum a. 1852 inter libros a Straubelio Gothano dr. phil. relictos sub hasta vacnare comperissem, comparare tentavi. Sed frustra.

Anglicanum alium in bibl. oppidi Milddlehill ¹⁾ vidit hisque verbis retulit Haenel Catal. Cod. Ms. p. 843 : „Eustathii de amoribus Ismenias et Ismenes lib. XI. saec. XVI.“

De *Harleiano* vide nobis adnotata ad T.


Escorialensem advertit Harlessius ad Fabr. B. G. T. VIII. p. 136 et inde Grasse p. 270, ex Itinerario Plüeri Hispanico p. 108, quod evolvere non licuit.

De conditione codicum, quibus Eustathii drama ad nos perlatum est, necesse fuit ut explanate exponeretur, quoniam omnis de Eustathio eiusque opere memoria in sola codicum auctoritate nititur, quod idem fieri memuimus in Longo pastoralium scriptore. Quae enim nunc scire licet, ea apta sunt utique ex operis praescriptione in codd. tradita: quae quum variis modis exhibeatur, age primum uno quid quisque codex ferat conspectu summam exponamus.

A. R. alter titulus T. Leid. Monac. 96 et 460: Τὸ καθ' Ὑσμινίαν [R. Mon. 96 Ὑσμίνιον, 460 Ὑσμινῆ] καὶ Ὑσμίνην [uterque Mon. Ὑσμινίαν] δράμα· ποίημα Ἐδσταθίου φιλοσόφου.

B. C. M. Taur. Neapol. et T (Monac. 405): Ποίημα Ἐδσταθίου πρωτονοβελεσίου [T. - ισίμου] καὶ μεγάλου χαρτοφύλακος τοῦ παρεμβολίτου [C et M Μακρεμβολίτου. Addit T τοῦ δὲ (vel καὶ) ὕστερον χαρματίσαντος μητροπολίτου θεσσαλονίκης, quae Hardtius interpolatori recte attribuit, qui operis auctorem cum cognomine episcopo Thessalonicensi eundem putaret] τὸ καθ' Ὑσμίνην καὶ [copulam om. B. M et Neapol.] Ὑσμινίαν δράμα, βιβλία περιέχον (B. C. M. Neapol., et Hardt. ex frequenti Mon. illius errore, περιέχων) ια. Similiter inscriptum opus in cod. Colbertino, de quo supra, ex notitia Cangii.

D. Ἐδμαθίου τοῦ Μακρεμβολίτου ποίημα τῶν καθ' Ὑσμίνην καὶ Ὑσμινίαν βιβλία ια.

E. Ποίημα Ἐδμαθίου  [an πρωτονοβελεσίου?] τοῦ Μακρεμβολίτου τῶν καθ' Ὑσμίνην καὶ Ὑσμινίαν.

Cod. Coll. Rom. Ἐδμαθίου τοῦ Μακρεμβολίτου ποίημα τῶν καθ' Ὑσμίνην καὶ Ὑσμινίαν.

Praescriptioni operis, ut omnia excutiamus quae ex codicibus ad rem pernoscendam prodesse possint, addere invat lusus quosdam ingenii (sit venia verbo), qui prooemii loco in plurimis codicibus operi praefiguntur, iam olim illos ex libris meis in lucem productos Auct. Lex. Gr. p. 33, tum retractatos, a Boissonadio Anecd. Gr. T. I. p. 149, et prolixius T. V. p. 339, ubi repetuntur ex Catalogo bibl. Taur. Ego habeo ex B. C. T (Monac. CCCC V) Coll. Rom. et Neapol. In ordine carminum T et Taur. secutus sum, singula praescriptione solos discernentes.

1) Fortasse inter codices Mediomontanos, quos collegisse dicitur Thomas Philippus a Pitra Spicil. Solesmensi T. I. p. XVII.

Στίχοι πρὸς ἔρωτα.

Ἐρωτι βληθεὶς Ὑσμινίας καρδίαν,
ἔρωτα φεύγειν προτρέπει πασι νέοις·
ἔρωτος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους ¹⁾).

Ἄτεροι.

Τρωθεὶς ²⁾ ἔρωτος ὀξέτι ψυχοφθόροις
τόξας κατάκρως Ὑσμινίας καρδίαν,
ἄτακτον ὄρμην των παθῶν πείθει νέους
φεύγειν κραταιῶς ὡς κακῶν παραιτίαν.
ἔρωτος ὅσαπερ προξενεὶ βλέπων πάθη,
φεύγειν τὰ τοῦδε κέντρα βουλήθητί μοι.

Ἄτεροι στίχοι.

Ὁ μὲν Σολομῶν ἀσματοφάλμογράφος
ἔφθη προσιπῶν γραφικαῖς παροιμίαις ³⁾·
Μήπω νικησάτω σε γυναικὸς, τέκνον,
ἐπιθυμία πλὴν ἰδίας ἀλόχου ⁴⁾.
καὶ γὰρ γλυκύτερος ⁵⁾ ἐκρέει τῶν χειλέων
αὐτῆς τὰ πρῶτα, κἂν δοκεῖ ⁶⁾ σοι, τεκνίον,
μέλι γλυκαῖνον οὔσα ⁷⁾ καθάπερ ἄλλο·
ἀλλ' ὕστερον φεῦ! προξενεὶ σοι πικρίαν
πυκνοῖς δίστοις σὸν ⁸⁾ δαμάζουσα ⁹⁾ κέαρ.
Καὶ ταυτα γλώττη ¹⁰⁾ Σολομώντειος ¹¹⁾ ἔφη.

Ἄτεροι στίχοι.

Ἄθρει ¹²⁾ θεατά, τοιγαροῦν τὴν της βίβλου
ἔρωτικὴν πλακεῖσαν ὑφὴν καὶ φράσιν
καὶ νοῦν ἔχουσαν ¹³⁾ ἀφροδισίων τρόπων,

1) Taur. βέλους.

2) Idem προθεὶς, tum ἔρωτι (ut Hardt. ex Mon.)
— ψυχοφθόροις — κραταιῶς (ita Neap.) -- βουλήθη τίμοι,
quae Boisson. ad meum exemplum correxit. B et C
κέντρον.

3) Psalm. V, 2. sq. quem locum ostendit Boisson.

4) Taur. cum T. Neap. et B ἀλόχου, unde Boisson.
ἀλόχως, vel quod melius putat, σζύγου. Verum
olim dederam.

5) Neap. τι γλυκί. Taur. et T γλυκί τι.

6) Boisson. vult δοκῆ, quo nitore in hoc poeta

carere possumus. Quo de usu ad ipsum Eustathium
suo loco dicendum erit.

7) B οὔσα. Idem mox cum Neap. et Taur. πικνοῖς.

8) Hardt. ex Mon. σου.

9) B δαμάζουσαι.

10) Mavult Boiss. γλώττα. B γλώττι.

11) B et C σολομώντειος, unde effeceram Σολομώνθεος.

12) Praecedentibus versibus hos Taur. cum B et C
sine discriminis nota adnectit. Pro πλακεῖσαν T πλασ-
θεῖσαν.

13) Neap. ἔχουσα.

ἤτις καθαρῶς ἐστὶ πρώτη ¹⁾ γλυκύτης,
 ἐς ὕστερον δ' αὖ πικροπυρφόρον ²⁾ βέλος.
 ἀρχῆ ³⁾ τὸ λοιπὸν ἀπάσῃ σκόπει ⁴⁾ τέλος.

Eiusdem farinae est quod in solo cod. Coll. Rom. titulo praefigitur distichum :

Ἵσμινίᾳς ἔρωτος τρωθεὶς τῷ βέλει
 πείθειν διδάσκει πρὸς ἔρωτα τοὺς νέους.

Nunc tandem satis nobis videbimur praeparati ad expediendas quaestiones eas, quarum potissimum gratia recensendis codicibus tantopere institimus. Ac primum de scriptoris nomine, a quo exordiendum est, anceps est iudicium. Vidimus in plurimis codicibus *Eustathium*, in paucioribus, quibus accedit Mediolanensis, *Eumathium* appellari. Hoc quidem nomen cum aliis V. D., quos enumerare supersedeo, Bassus optare se dixit p. IX, tum propter plurimum codicum, qui id referrent, auctoritatem, id quod secus habere nunc constat, tum quod hoc nomine praelato Eumathius ab Eustathio Thessalonicensi melius distingui posset, cum quo sane fuerunt qui confuderint, eum ob errorem quum iam olim a Vossio de hist. Gr. II, 27 p. 362. West. aliisque superiorum aetatum criticis, quos Teucherus, quum veterem illam cautilenam repeteret p. III, prorsus ignorasse videtur, tum etiam novissimis temporibus ab iis, qui in hunc locum inciderunt, universis castigati ⁵⁾. Sed ut mittamus eam argumentandi rationem, qua soli ignaviae mentis consulendum Bassus putavit, contra Grasse p. 208 alteram nominis formam amplectendam sibi placere dixit, quibus hanc sententiam firmaret argumentis supersedere se posse ratus. Ego, optione inter utrumque nomen data, Eustathium sustento, ac primum eam ob causam, quod sic demum perspicitur, qui factum sit, ut librarius cod. T eum cum cognomine episcopo confundere potuerit. Tum contigit poetam Eustathium cognomine Macrembolitae pariter appellatum iuvestigare, cuius carmina in codicibus Vallicellianis Vernatianisque se legisse testatur Maius Coll. Vatic. T. X. p. XVIII, fortasse eundem quem ex codice Veneto infra, ubi de Macrembole oppido agitur, producam : hunc nihil impedit quo minus cum auctore dramatis de Hysminiae amoribus eundem existimemus, quamquam me non fugit in coniectura hoc positum esse : sed si tandem inter Eumathium et Eustathium discernendum est, quum nihil aliunde

1) Ex coniectura scripseram πρώτον, in quod nunc etiam Boisson. incidit. Mss. consentiunt in πρώτη. Tum T εἰς pro ἐς.

2) Taur. πικροπερφόρον, ex quo effecit Boiss. idem quod ex meis edideram, quorum B et C πικρο πυρφόρον, Neap. πικροπυρφόρον. T πικροπόρφυρον (Hardt πικροπυρφόρον).

3) ἀρχῆ B. C. T et Neap. Taur., id ipsum quod iam olim restitui, ἀρχῆ, sed Taur. mox cum Neap. ἀπάσῃ. C. ἀπαν. Boisson. vult ἀρχῆς.

4) Neap. κόπει, ex quo simul origo litt. σ praecedenti voci male affixae declaratur.

5) V. Bassum p. VII. sq.

adsit quo haec litem componamus, Eustathium tamdiu sustinebimus, quam alterum Macremboliten a Nostro diversum esse demonstratum fuerit. Ceterum addere iuvat, in catalogo poetarum ex codd. nominatis a Maio confecto praeter alios recentissimae aetatis scriptores carminum etiam Maximi cuiusdam mentionem fieri, qui idem putari posset cum eo, qui in cod. Veneto infra laudando Macrembolitae cuiusdam aenigmata metro composita in scripto quodam solvisse traditur.

De patria Eustathii quaestio haud expeditior. Appellatur in codicibus pluribus *Μακρεμβολίτης*, quod etiam Mediolaneusis suppeditare dicitur, vel etiam *Παρεμβολίτης*, quorum nominum utrum verius sit, ab iis qui hanc quaestionem tractarunt, eo minus enodari potuit, quo obscurior earum urbium, unde nomina ista gentilia ducta sunt, neque in Parisiensi Thesouro Stephani neque a Papio notata, memoria est. Contigit tamen Casaubono investigare Parembolen oppidum Aegyptium, quod prope Syenen situm dicitur, de quo dixit Grässe p. 268, qui tamen tum propter munera publica, quibus Eustathius decoratus tradatur, tum propter crebras picturarum statuarumque, quae senioribus Byzantinorum temporibus Constantinopoli exstitissent, operi insertas descriptiones, hanc urbem Eustathii patriam mavult putare, confirmatus in hac sententia insuper coniectura Wilkenii, quam Bassi p. 254 comprobantis verbis adscribam: „Le mot *ἐμβολή*, dit M. Wilken, signifioit chez les Byzantins un portique ou péristyle: il est donc probable qu' Eudocie fut nommée Macrembolitissa, d'après un château ou une campagne qui portoit ce nom à cause de ces longs péristyles. Elle peut y être née ou l'avoir habitée.“ Vera quidem quae de v. *ἐμβολή* vel quae frequentior forma est, *ἐμβολαι* traduntur ¹⁾: sed stricte ea nihil ad Constantinopolim. Macremboliten Eustathium poetam supra produximus, cuius memoria certum continetur vici sive oppidi Macrembole nominati testimonium, cui contigit etiam alterum addere, gravis, opinor, in rem momenti, suggestum ex codice Veneto, teste Zanettio Bibl. S. Marci p. 287, hunc in modum inscripto: „Τοῦ Μακρεμβολίτου αἰνίγματα, τοῦ δὲ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου τοῦ φιλοσοφώτατου καὶ ῥητορικώτατου κυρίου Μαξίμου τοῦ Ὀλοβούλου λύσεις αὐτῶν. Habemus igitur Macremboliten anonymum quendam, aenigmatum ²⁾ auctorem, nomine ipsi proprio subtracto, quod sane si poetae Eustathii Macrembolitae recordare, Eustathii fuisse credi liceat. Habemus tum alterum eiusdem nominis exemplum in Maximo, quem ex summo quo functus est munere *μεγάλου πρωτοσυγκέλλου* pariter probabile est Constantinopoli vixisse, cuiusque adhuc exstat in codice Parisiensi oratio in

1) V. intpp. ad Hesych. de orig. urbis Cstpolcos p. 241 ed. Orell.

2) Unum a Zanettio his verbis affertur: *Κλήσις ἀδελφῶν καὶ πετεινῶν τυγχάνω.*

S. Mariam Aegyptiacam ¹⁾. Hunc Holobolo ortum Maximum eundem dicerem cum filio Manuelis Holoboli, de quo homine eruditionis aequae laude ac fortunae iniquitate temporibus Manuelis Paelaeologi et Audronici claro adeundus est Georgius Pachymeres ²⁾, nisi Holoboli nomen in cognome abiisse, pluribus exemplis commonstrari posset ³⁾. Illic nihil quidem certi ad situm Macrembolae: multo tamen proclivius est, de Ponto quam de Aegypto cogitare. Ac fortasse rem acu tetigerunt, qui ortu Constantinopolituum affirmarunt fuisse Eustathium. Quum plures enim in urbe fuisse porticus των ἐμβόλων nomine appellatas constet, quas inter se nomine distinctas fuisse per se probabile est insuperque confirmatur appellatione των Τριαδυσίων ἐμβόλων ⁴⁾, vel της των ἐμβόλων ῥηγίας ⁵⁾, quid si Macremboliten dictum sumamus a regione quadam urbis, quae a tali porticu Μακρέμβολοι appellata esset?

De honoribus, quibus Eustathium codicum aliquot inscriptiones decoratum tradunt, πρωτονοβελισίμου (vel πρωτονοβελισίμου) et χαρτοφύλακος, non est quod post Bassum p. IX et Grasse p. 269 verba faciam. De illo, quod praeter hanc memoriam alibi non reperitur, addam consuli posse Coustantini Porph. Cerim. I capite 44 quo exponuntur ὅσα δε παραφυλάττειν ἐπὶ χειροτονία νοβελισίμου.

Quantum ad aevum, quo Eustathius vixerit, Corai ad Heliodor. T. I. p. 18, qui saeculo XII assignavit, adstipulati sunt et Bassus et Grasse, quorum ille hoc tempore recentiore esse posse ideo negavit, quod unus cod. Vaticanus, teste Amatio, viro rei palaeographicae gnarissimo, saeculo XII exeunte aut XIII ineunte scriptus sit. Hoc quidem recte: sed de saeculo XII Coraes sensum quidem suum magis secutus videtur quam rationes certas. Nam nihil attulit quod vetet de priore aliquo saeculo cogitare. Igitur quaestio de novo instituenda est. Ac post Photium patriarcham vixisse Eustathium, magna cum probabilitate colligitur ex iis quae ille, ubi de Iamblichi Babylonicis exponit Cod. 94, de genere fabularum eroticarum earumque auctoribus praecipuis

1) Bibl. Coisl. p. 245: «Fol. 51. Maximi Holoboli Protosyncelli in S. Mariam Aegyptiacam.»

2) Plura ex vasto doctrinae, qua pollet, penu Hasius promit Notices et Extr. de la bibl. imperiale T. IX. P. 2. p. 139. sq. Cuius Manuelis Στίχου: nuper vulgavit Boissonade Anecd. Gr. T. V. p. 159—182.

3) In cod. bibl. Taurinensis teste Pasino T. I. p. 411 exstat Iosephi Bryennii opusculum dedicatum τῷ εὐδοκίμῳ καὶ ἔκφρσῃ καὶ σπουδαίῳ ἐν ἰατρικῇ καὶ ῥητορικῇ καὶ φιλοσοφίᾳ κυρῷ Μανουῆλ τῷ Ὀλοβόλῳ, ἐν Θεσσαλονίκῃ. Alius Holobolus Ioannes is qui ὁ μέγας χαρτοφύλας της ἀγωγῆς του Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας καὶ ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης ὁ Ὀλοβόλος laudatur a Iosepho Müller Byzantinische

Analekten p. 67, idem cui cum iisdem paene munerum titulis scripta dedicatio operis eiusdem Iosephi Bryennii servatur in eodem Taurinensi codice apud Pasinum p. 410.

4) V. Hesych. l. l. §. 39 et Inc. de rebus gestis Theodosii II in Maii Spicil. T. II. p. 18.

5) Pollux Hist. phys. ed. Hardt. p. 270, ubi de Constantino: ἐκτίσσε δὲ καὶ δύο ἐμβόλους ἀπὸ της εἰσόδου τοῦ παλατίου ἕως τοῦ φόρου εὐπρεῖς, κεκοσμημένους ἀνδριάς καὶ μαρμάρους, καλέσας τὸν τύπον των ἐμβόλων ῥηγίαν, quae non diversa videtur a stoa regia, memorata Procopio de aedif. I, 11. p. 25. D.

refert. Tres enim se ait novisse scriptores, qui in hoc genere litterarum excolendo vires suas experti essent, Iamblichum, Heliodorum et Achillem Tatium, tum pergit : οἱ γὰρ τρεῖς οὗτοι σχεδόν τι τὸν αὐτὸν σκοπὸν προθέμενοι ἔρωτικῶν δραμάτων ὑποθέσεις ὑπεκρίθησαν, ἀλλ' ὁ μὲν Ἡλιόδωρος σεμνότερόν τε καὶ εὐφημότερον (l. εὐσχημότερον vel εὐσχημονέστερον), ἦττον δὲ αὐτοῦ ὁ Ἰάμβλιχος, αἰσχροῦς δὲ καὶ ἀνειδῶς ὁ Ἀχιλλεὺς ἀποχρῶμενος. Non novit igitur Photius Eustathium, inter scriptores huius generis dignitate facile quidem ultimum, silentio tamen non praetermittendum : atque Grässius quoque, eodem argumento usus, post Photium certe vixisse Eustathium iudicat p. 270. Sed certissima haec temporum computatio non est : dabo certiolem, si quidem verum est quod observasse mihi videor, reperiri in codicibus Eustathii hic illic vestigia scripturae ductae ex libris, qui maiusculis litteris exarati fuissent. Huc pertinet quod in codicibus nonnullis scriptum exstat ἐζέφυρος pro ὁ ζέφυρος I. p. 8. ἀγ pro δῆ V. p. 188. προέπολοι pro πρόπολοι, et alia eius generis passim ¹⁾. Hoc vero scribendi genus constat saeculo X non excessisse. Adde quod codices passim υ, vel potius u, pro β exhibent scriptum, veluti VIII. p. 354 γέβεσθαι pro γεύεσθαι. IX. p. 426 γεύομαι pro σέβομαι. Quod genus scribendi illo quidem recentius, nec tamen recentissimum est. Quibus omnibus argumentis expensis hoc certe colligi posse videtur, Eustathium non multo post Photium aetatem degisse. Ab auctore transeo iam ad opus eius.

In nomine personarum principalium, unde fabula nomen traxit, Ὑσμινίας et Ὑσμίνης, conveniunt codicum ad unum omnium inscriptiones, quamquam in contextu unus et alter passim Ἰσμηνίας et Ἰσμίνης exhibent. Neque non fuerunt post renatas litteras, qui Eustathii opus ubi nominandum esset de *amoribus Ismeniae et Ismenes* inscriberent, Gaulmini ad exemplum, quem tantum non omnes ad hunc ipsum diem secuti sunt. Illa vero nomina, quorum de scriptura recta dubitari nequit, (nam Ὑσμινίας apud Papium error est) ab auctore ficta videntur, alibi a me adhuc non reperta : sed ficta opinor, vitiose ex ipsis Ἰσμηνίου et Ἰσμίνης nominibus legitimis, secundum morem saeculi, quo et sonus vocalis η in ι vergeret et vocalibus adspirationem addere solerent, quemadmodum illud ipsum *Ismeniae* nomen in *Hismeniae* a librariis mutatum est apud Cic. Verr. IV, 42, ubi tandem Zumptius *Ismenius* revocavit. Poterat etiam in appellauda virgine, cui multae et graves aerumnae exantlandae essent, auctor memor fuisse etymologiae v. ὕσμίνης a grammaticis traditae, παρὰ τὸ ὑπομένω γίνεται ὑπομένη· δει γὰρ

1) Quemadmodum hic rotunda littera C in E rotundam cessit, ita apud Anton. Liberalem p. 85. Teuch. cuius scriptoris codicem unicum superstitem ex similiter exarato exemplo transcriptum esse multi loci

ostendunt, ex Κολοῖς, uti scribendum est propter insequens avium nomen Κολοῖοι minime tentandum, evasit Κελεῖς, quod alienum a scriptoris mente.

ὑπομονῆς ἐν τῷ πολέμῳ, ut ait Etym. M. p. 784, 55. Cf. Gud. p. 9. Quod si inepte factum videatur, Eustathium qui norit haud ineptum iudicabit.

Quo modo opus auctor suum inscripserit, declaravit sub finem ipse his verbis : κλησις δ' ἔστ' . τῆ βίβλῳ τὸ καθ' Ὑσμίνην δράμα καὶ τὸν Ὑσμινίαν ἐμέ, quae cum plurimis iisque melioribus codd. ita conspirant, ut ex his haec genuina operis inscriptio prodire videatur : Τὸ καθ' Ὑσμινίαν καὶ Ὑσμίνην δράμα, ποίημα Εὐσταθίου φιλοσόφου. Atque hoc fere modo opus suum auctorem ipsum inscripsisse ut credam eo adducor, quod ubi in titulis φιλοσόφου nomine insignitur, cetera munerum, quibus functus fuerit, mentio omititur : uude probabile est, istis muneribus quum adhuc non ornatus esset, opus suum eum condidisse, contentum tum ea appellatione, quam sine invidiae vel arrogantiae periculo adsumere sibi cum innumeris aliis hominibus eruditis licebat. Ea enim extremis Graecitatis temporibus illius appellationis vis erat, ut litteratum quemque hominem significaret : quo de usu v. quos laudat Grasse p, 268. Atque eodem φιλοσόφου nomine Theodorus Prodrumus ab sectatore eius Niceta Eugeniano in operis sui erotici inscriptione appellatur. Item Nicetas Byzantius, Capitum syllogisticorum de processione S. Spiritus auctor, teste codice Veneto ap. Zanettium p. 286, et Philippus Charicleae Heliodoreae epitomator, de quo v. Coraem ad Heliod. T. I. p. πγ. Appellavit drama auctor opus suum, priorum huius generis scriptorum exemplum secutus, in quibus, ni coniectura me fallit, Iamblichus est. Suidas quidem de Iamblichō : ἔγραψε τὰ καλούμενα Βαβυλωνιακά· ἔστι δὲ Ῥοδάνους καὶ Σινωνίδος ἕρωος ἐν βιβλίῳ λθ'. Sed maior Photii auctoritas, cui opus appellatur Ἰαμβλίχου δραματικόν, idemque haud longe post : εἰς δὲ αὐτῷ πεποιημένα του δράματος πρόσωπα etc. Quae ducunt ad genuinam libri inscriptionem, quam suspicor fuisse : τὸ κατὰ Ῥοδάνους καὶ Σινωνίδος δράμα, adiecto fortasse altero titulo ἢ Βαβυλωνιακά. Passovins in novissima fragmentorum editione inscripsit simpliciter : Ἰαμβλίχου δραματικόν. Videtur autem illius inscriptionis (δράμα) ex eo repetita, quod personae tamquam agentes ipsae introducerentur, ut ait Chardon de la Rochette ¹). A qua tamen appellandi ratione non abfuit genus diegematicum, in quo unus aliquis alteri rem enarrare fingeretur, quod factum in Antonii Diogenis libris de Thule, hac de caussa a Photio dramatico generi adscriptis ²). Eiusdemque conditionis Eustathii opus est, quo Hysminias ipse amores suos nescio cui Charidemo, quem appellat p. 4, narrans fingitur : quod fugit Huetium, cui Hysminias sua narret ignorari conquerentem eo loco, quem excscripsit Bassus p. XII.

1) Melanges de critique T. I. p. 72. Similiter locutus est, ut alios omittam, Achilles Tat. III, 7. p. 65 : τὸ μὲν τῆς Ἀνδρομέδας δράμα τοῦτο.

2) Photius : δραματικόν οἱ λόγοι.

LIBRI I CAPUT I.

Πόλις Εὐρύκωμις καὶ τᾶλλα μὲν ἀγαθῆ, ὅτι καὶ θαλάσση στεφανοῦται καὶ ποταμοῖς κα-
ταρρέεται καὶ λειμῶσι κομᾶ καὶ τρυφαῖς εὐθηνεῖται παντοδαπαῖς, τὰ δ' εἰς θεοὺς εὐσεβῆς καὶ
ὑπὲρ τὰς χρυσᾶς Ἀθήνας, ὅλη βωμὸς, ὅλη θῦμα, θεοὶς ἀνάθημα, προκηρύσσεται τὰς ἑορτάς,
πανηγύρεις ἄγει, θύει τὰ πρόσφορα καὶ Δᾶ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. Παρὰ δὲ ταύτῃ τῇ Εὐρυ-
κώμιδι καιρὸς Διασίων καὶ κλῆρος ἐπὶ τοὺς κήρυκας· καὶ τοῦτο γὰρ ἔθος τῇ πόλει καὶ νόμος
ἔγγραφος, ἂν καιρὸς πανηγύρεως ἱερᾶς, κλῆρος ἐπὶ τοὺς ἄζυγας τῶν προϋχόντων τῆς πόλεως·

[Πόλις etc.] Drama suum sic ordienti Eustathio ob oculos fuisse videtur Pastoralium Longi initium.

[Εὐρύκωμις] Disceptatum est inter viros doctos, haec urbs cum ceteris quae ab Eumathio nominantur, quales sunt Ἀδελκώμις, Ἀρτέκωμις, Δαφνήπολις, quibus terrarum locis sitae fuerint. Haec urbium nomina Boissonadius ad Nicetam Eugen. I, 6 in fictis referre non ausus est, contra statuit Coraes ad Plutodori Aethiop. Praef., Bassus rem in medio reliquit. Mihi vero illam rationem recogitanti, qua per totum Eustathii drama vera fictis commista sunt, omniumque temporum diversitates moresque hominum et consuetudines inter se confunduntur, eo magis sententia a Corae proposita arridet, quo minus caussa perspicui potest, cur auctor si veris urbibus regionibusque uti voluisset, tam ignobiles nominasset, quarum conditio ea est, ut ne nomen quidem aliunde ad nos pervenerit. Accedit quod in ipsa istorum nominum ratione ars fingendi a fabulari historia minime aliena cernitur, quemadmodum id factum eodem artificio, ut alia taceam, in urbis Melonimi sive Melenici nomine pariter ficto, quod in Syntipae fabularum prooemio legitur. Cf. Grauert De Aesopo p. 104.

[καὶ τᾶλλα] G (Gaulminus) sine copula. Achill. Tat. I, 2. p. 6. lac. ἐγὼ δὲ καὶ τὰ ἄλλα μὲν — ἅτε δὲ Eurip. Epist. 6 καὶ κατὰ τᾶλλα δοκίμων, ubi κατὰ de mendo suspectum, quippe ex praecedenti καὶ ortum. Insolens enim praepositionis adiectio. Lydus de mens. p. 67. Schow. τὰ δ' ἄλλα ἀγαθὸς Lycurg. in Leocr. p. 202. Plurymich. Ecl. p. 271. Lob. τὰ ἄλλα δέξιος. Cf. infra IV. p. 144. Xenoph. Anab. I, 3, 3. Lucian. Timon. 51.

[θαλάσση] Iota subscr. constanter in A, B, C omis- sum. De ceterorum librorum scriptura non plane liquet.

[εὐθηνεῖται] A. B. C. εὐθηνεῖται.

[θεοῖς] D et E θεάς.

[δ' εἰς] Ita A. B. C. Vulgo δὲ εἰς.

[χρυσᾶς Ἀθήνας] Athenaeus Ἀλεξανδρείων χρυσῆν πόλιν. GAVLM.

[ὅλη βωμὸς] Semel notandus ad nauseam usque repetitus vocis ὅλος abusus in hoc scriptore, quem sine ea Casaubonus in Casaubonianis p. 13 ait vix aliquot periodos dimisisse. Similis enumeratio apud Nicephorum Chunn. in Boisson. An. Gr. T. II. p. 40 : στή- λην σωφρασίης — ὅλην ὠραιάν, σερμὴν ὅλην, καλήν ὅλην. Praeterea confer, ut ex Eustathio ipso nihil excitem, ὅλος ἐπιθωμία ὁ βασιλεὺς, ap. Michael. Choniata p. 26. ed. Tafel.

[θῦμα, θεοῖς ἀνάθημα] G. θῦμα θεοῖς, καὶ ἀνάθ., ut D. E. R. Fortasse ante θεοῖς excidit ὅλη.

[τῇ Εὐρυκώμιδι] Abest articulus a T.

[καιρὸς Διασίων] Ἀνθεστηριωνος φθίνοντος. Scholiast. Aristoph. [Nub. 407.] apud quem errat Apollonius Acharnensis qui Diasia a festo Iovis μελιχίου distinguit, Ἀπολλώνιος ὁ Ἀχαρνεὺς διακρίνει τὰ θεῖα ἀπὸ τῆς τοῦ μελιχίου θεῖς ἑορτῆς. frustra, ut discas ex lib. I Thucydidis qui θεῖς ἑορτῆν μελιχίου μεγίστην scribit. dixit vero μεγίστην propter redditum Ciloni oraculum: quod Graecus interpres ignoravit. GAVLM. Tetigit et Schol. Soph. Electr. 146 Plura Hermannus Gottesdiensil. Alterth. d. Gr. §. 58. p. 306. sq.

[ἔγγραφος] Vocat ἔθος νόμον ἄγραφον, ut Iulianus ius moribus constitutum, l. 33. ff. de leg. SC. Codex meus et Maussaci viri eruditissimi ἔγγραφος habet: potuit lege et consuetudine fieri. GAVLM. G cum D et E ἄγραφος, quod defensum ivit Maussacus ad Harpocrat. v. ἀποψηφαί p. 112 ed. Lips. Receiptam lectionem Bassus confirmat ex cod. Vaticano.

[ἱερᾶς] Addit T ἕ, ex interpolatione. Solere enim Eustathium post ἂν verbum omittere, multis demonstravit exemplis Grasse p. 274.

[ἄζυγας] Scilicet ἀμύητος καὶ ἀδιδάκτους γάμων. Thelz. ἄζυγα βίον ζῆν. Ioannes Geometra opponit τοῖς ἄζυγας (intelligit τοῖς μονάζοντας) τοῖς ἀπὸ κόσμου·

καὶ πρὸς ὃν ὁ κληῖρος ἐκπέσειε, κήρυξ στέλλεται τῇ λαχούσῃ, πρότερον ἐστεφανωμένος τῆς δάφνης. Κληῖρος οὖν ἐπ' ἐμὲ καὶ στεφανίτης ἐγώ, κάλλιπέ μοι Χαρίδημε, καὶ κήρυξ ἱερός ἐς Αὐλίκωμιν. Προΐημι τοῦ ἱεροῦ περιεστεμμένος δαφνίνῃ τὴν κεφαλὴν, ἱερῷ χιτῶνι, ἀρβύλῃ σεμνῇ· δέχεται με τὸ παρεστὸς προπομπῇ ποικίλῃ λαμπάδων, δάδων, προπεμπτηρίων ὠδῶν

— τινὰς ὄψωπα τῶν ἀπὸ κόσμου
ἐντὸς Ἑβέμ, πολλοὶ δ' ἄζυγες ἐκ προθύρων.

GAVLM. D et E ἀθρυγας.

ὁ κληῖρος] Articulus abest a G. et R.

ἐκπέσειε] G. ἐπέσειο. D et E ἐκπέσειο. Propius ad veram scripturam, ex tribus codd. Monacensibus in super a Iacobso ad Achill. Tat. p. 664 (coll. p. 700) commendatam, B. C et M ἐκπέσειο. Item de sorte Xenoph. Symp. 5, 10: ἐπεὶ δὲ ἐξέπεισον αἱ ψῆφοι. Similiter de oraculis, v. H. Steph. Thes. ed. Paris. Neque aliter Latini. Liv. XXI, 42: *ut cuiusque fors exciderat*. Adde XXII, 1.

κήρυξ] Ita cum circumflexo revera A.

κήρυξ στέλλεται] Cur? Vetus Homeri scholiastes, κήρυκας τὰς ἑορτὰς θεῶν ἀγγέλλουσιν. itaque falsa est scholiastae Thucydidis observatio, κήρυξ ἐν πολέμῳ, πρέσβυς ἐν εἰρήνῃ. GAVLM.

τῇ λαχούσῃ] Bassus: «Sous-entendez πόλει. M. Iacobus dans ses notes sur Achill. Tat. p. 965 dit, qu'il introduiroit volontiers ce mot dans le texte. L'ellipse est remplie dans les lettres 79 et 86 de Synesius. Eadem ellipsin ex p. seq. ὡς ὑπὲρ μεγάλων ἐκ μεγάλης στελλόμενον κήρυκα iam olim admovimus Ephem. litt. Ital. 1833. Suppl. 11. p. 84.

στέλλεται] B στέλεται.

τῆς δάφνης] G τῇ δάφνῃ. Eadem constructio V. p. 180. VIII. p. 336: τῆς δάφνης αὐτὸν στεφανώσαντες. VIII. p. 356. 364 (bis) 366. X. p. 454. 468. XI. p. 478. 480. Ad constantem hunc scriptoris usum conformavi X. p. 452 et XI. p. 510. De constructione genitivi ad H. Steph. Thes. v. στεφανώω. L. Bosii Ellips. Gr. p. 443. Sch. Infra V. p. 188: τὴν κεφαλὴν ἐκ δάφνης ἐστεφανωμένην, ut etiam VIII. p. 338. 344. X. p. 464. Legitimus vero est dativi usus. Quare malim reponatur ap. Achill. Tat. VII, 13. p. 164 δάφνῃ ἐστεμμένος, ubi vulg. δάφνῃ, quum praesertim idem VIII, 6. p. 176: ἐστεφανωμένη τὴν κεφαλὴν πίτυος κόμαις. Nam quae exempla accusativi verbo στεφασθαι iuncti afferuntur in H. Steph. Thes. Par. v. στέφω p. 746, peccatum sunt, atque rationis aliquantum diversae. Neque accusativi usum firmat locus eiusdem Achillis alius, I, 5. p. 9, hac de caussa laudatus in eodem Thesaurο v. στεφανώω p. 742: καὶ γινομένη φυτόν ἡ κήρη,

καὶ Ἀπόλλων τὸ φυτόν στεφανούμενος, propter tam promptam quam lenem loci medicinam, sive τῷ φυτόν scribas, sive τοῦ φυτοῦ, ut Noster VIII. p. 364 in eiusdem argumenti enarratione: Ἀπόλλων τοῦ φυτοῦ στεφανοῦται.

Χαρίδημε] R. T. M Χαρίδους ἢ Χαρίδημε. B Χαρίδου ἢ ἡχαρίδημε. Huius lectionis rationem ego non perspicio, nisi quod ἡ Χαρίδημε glossator voluit.

ἐ] D. E δε, unde conieciēbam: καὶ κήρυξ ἱερός δὲ ἐς (vel δὲς) Αὐλίκωμιν προΐημι etc.

προΐημι] Suspiciatur legendum πρόεμι Iacobsius ad Achill. Tat. p. 947.

τὴν κεφαλὴν] G cum B. C. D. E στεφάνω. H. p. 36: λαμπρῶς τὴν κεφαλὴν ἐστεφανώτω. Cf. IV. p. 130. Facile subauditur στεφάνω. Callixenus Athen. V. p. 198. F: αὐτῇ δ' ἐστεφάνωτο κισσίνῃ γρυσῶ, ubi erant qui στεφάνω excidisse iudicarent. Ibid. p. 201. D: Πρίαπος — ἔχων στέφανον κισσίνον ἐκ γρυσῶ, ubi Laur. cod. στέφανον omittit: sed pa llo ante legitur ἐστεφανωμένα στεφάνοις κισσίνοις ἐκ γρυσῶ. Minime tamen intercedam quominus cum Iacobso l. l. ex tribus codd. Monac. στεφάνω servemus.

ἱερῷ χιτῶνι] In margine codicis mei ἱερεῖς καὶ κήρυκας λινοφοροῦσαι. Ridiculum est de praeconibus; nam sacerdotum lineam nemo nescit. Hesych. βαδδὶν βύσσινον ἐνδομα εἰς ἱερέας. 𐀓𐀓𐀓 ad verbum, Critici Iudaeorum τὸ 𐀓𐀓𐀓𐀓 𐀓𐀓𐀓𐀓 explicant 𐀓𐀓𐀓𐀓 𐀓𐀓𐀓𐀓. GAVLM.

ἀρβύλῃ σεμνῇ] ὑπόδημα εὐτελὲς τὴν ἐργασίαν scribit Pollux: qui primus vocis usus, mox περισσῶς εἰργασμένων, Etymolog. et omne calcei genus. Codex Regius habuit ἀρβύλῃ σεμνῇ ἱερῷ πεδίλω, quae duo ultima vocabula solum vertere iussi, est enim τὸ ἱερῷ πεδίλω glossema τοῦ ἀρβύλῃ σεμνῇ. GAVLM. Adiciunt B. C. M. R et T πέδιλον ἱερόν, quod glossema esse, ipsa casus, quo ponitur, ratio coarguit. Codex Gaulmini quis sit, ambigo.

παρεστὸς] D et E παρεστὸς, ut G, quod correxit Teuch.

λαμπρῶ] D et E ut G ποικίλῃ, quod omittit C. Ποικίλῃ προπομπῇ infra, p. 190.

λαμπάδων] Subiicitur ap. G κομβάλων, servatum a D et E, quod aegre dimisi inspecto simillimo loco V. p. 190. Pro κομβάλων C ποικίλων. Gaulminus com-

δλης ἱεράς προπομπῆς. Ὁρθὴ γὰρ ἡ πόλις καὶ πᾶν τὸ ταύτης περὶ ἐμέ· ὁ μὲν ἀσπάζεται, ὁ δὲ πεοιπτύσσεται, ἄλλος ὀρχεῖται μου πρὸ ποδῶν, καὶ κατ' ἄλλον ἄλλος τὸν θρίαμβον ἐξυφαίνει μοι· εἴποις ἰδῶν ποταμὸν ἐριβρύχην καὶ πολυῤῥοον περιῤῥεῖν με τὸν κήρυκα· ἐν στόμα πάσῃ τῇ πόλει, ὁ κήρυξ Ἰσμινίας, καὶ κήρυξ οὐκ ἐς τυχοῦσαν, ἀλλ' ἐς Ἀβλικωμιν. Ἦκω τοίνυν ἐπ' αὐτήν· τί γὰρ δεῖ τᾶν μέσῳ φιλοσοφεῖν, ὦ γαθέ; Ἦκω κήρυξ, καὶ δέχομαι παρ' αὐτοῖς οὐχ ὡς κήρυξ, ἀλλ' ὡς θεός. Ἐυντρέχει τὸ πλῆθος, κοσμοῦσι τὰς ἀγυῖάς, μυῤῥῖναις τὴν ὁδὸν καταπάσσουσιν, ὀσμαῖς τὸν ἀέρα θολοῦσι, καταβρέχουσι τὸ παρεστὸς ῥόδων σταλαγμοῖς· ἐμὲ δὲ περιεστᾶσι, καὶ λαμπρὸν τινα χορὸν τούτων ἐλίττουσιν, οἷον καὶ Σωκράτην οἱ Ζηλωταὶ περιεστῆκεσαν· ἐφέλκονται με πάντες πρὸς ἑαυτούς, εὐτυχίαν ἡγούμενοι πρὸς ὃν καταλύσομαι, ὡς ὑπὲρ μεγάλων ἐκ μεγάλης στελλόμενον κήρυκα. Νικᾷ Σωσθένης, καὶ ἄρμα φέρων ἀνάγει καὶ περὶ τὴν οἰκίαν μετᾶγει με καὶ μάλα με φιλοτίμως φιλοφρονεῖ.

parat IX. [init.]; κηρύκων πλῆθος καταβύχον τὴν ἀκοήν, et Herodiani IV [11. 5]: ἐόρταζε πρὸς τοὺς αὐλοὺς καὶ σόαγγας τυμπάνων τε ἤχους ἐακίρων ευρύθμως.

προπεπτηγῶν] T προπομπῆς, dein omissis quae sequuntur usque ad προπομπῆς, scil. oculorum errore.

Ὁρθὴ γοῦν ἡ πόλις] Phrasis Eustathio frequentata. V. V. p. 190. VIII. p. 372. X. p. 436. Eadem apud Lycurgum in Leocer. p. 165. Quod anteaquam advertissem, in mentem venerat ne legendum esset ἰορτή, quod ipsum reponi iussit Peerkamp. ad Xenoph. Eph. p. 153. Frustra.

ἄλλος ὀρχεῖται etc.] Morem ex litteris sacris illustravit Bassus. Conlert Gaulminius III. p. [76]: τί δὲ παρεστὸς ἄπαν ἡγάλαξεν, ἐκροσάξεν, ὠρχεῖτο.

ἄλλον] D et E ἄλλο

εἴποις ἰδῶν] Non ausus sum ἄν interpretare, quoniam in hoc dicendi genere ἄν omissum alibi vidi, II. p. 44. IV. p. 126. 131. VIII. p. 336. Quare sprevi ἄν II. p. 38. III. p. 98 et IX. p. 376 a B et T supradictatum, qui, ut dixi in Praefatione, orationem ad severiorem Atticae facundiae elegantiam revocare solent. De hoc ἄν omissio v. fac. ad Achill. Tat. p. 782.

ποταμὸν ἐριβρύχην] Item VIII. p. 336. Poctam redolei. Orprianus Ital. I, 476: πόντον ἐριβρύχην.

ὁ κήρυξ Ἰσμινίας] Articulus omittitur a U. D et E. ἐς] T εἰς.

γὰρ] Omittunt T et A.

τῶν μέσῳ φιλοσοφεῖν] V. p. 190: ἵνα τᾶν μέσῳ Φιλοσοφῶν τε, infra II. p. 54. Sic etiam καταφλοσοφῶν, IV. p. 148. 154. VI. p. 252.

ὦ γαθέ] M. B. C. ὦ ἀγαθέ Illud ex codd. Achilli Tat. I. 2. p. 6 restituit Iacobus.

αὐτοῖς] G. cum D et E αὐτῆς. Αὐταὶ qui sint ex praecedentibus intelliguntur. Similiter Aeschylus Agam. 316. Klaus. στρατῶ — νεκρωμένων.

ὡς θεός] Apul. lib. IX. Milesior. Denique ut Dei cuiusdam, sic adventus expectatur adulteri. Hesiod.

ἐρχόμενον ὁ ἀνά ἀστὴ θεὸν ὡς διδάσκοντα. Usurpavit vultuissimus omnium scriptorum Moses. GAVLM.

Ἐυντρέχει] Ita scripsi cum A. B. C et M pro συντρ. μυρρίναις] Φυλλοβόλια et unguentorum sparsio notantur, illius origo ab Athletis est, si Eratostheni fides apud Scholiast. Eurip. GAVLM. A. B et M μυρρίναις.

ὁδὸν] G addit σοι, cum D. E et M.

καταπάσσουσιν] G cum B. C. D. E et M καταπάττουσιν. παρεστὸς] G cum R. T. D et E παρεπὼς, quod correxit Teucherns. V. ad p. 4.

ῥόδων σταλαγμοῖς] Stesichorus in eo ritu, καὶ ῥόδινοξ στεφάνουξ. At ego Eustathii ingenium novi: ῥόδων σταλαγμοῖς ἀντὶ ῥοδοστάματος indubie accepit, plus nimis confidenter, ne dicam inepte. GAVLM.

περιεστᾶσι] M. B et C περιεστᾶσαι. E περιεστᾶσι.

περιεστῆκεσαν] A περιεστήκεσαν, et sic duo codd. Monac. Iacobus laudat ad Achill. Tat. p. 400, qui corruptum iudicat ex περιεστήκεσαν, quod reposui. G cum ceteris περιεστῆκεσαν.

ἐφέλκονται με] B ἐφέλκοντέ με.

καταλύσομαι] B καταλύσομαι.

στελλόμενον] B στελλόμενον, ut supra.

Νικᾷ] Usurpat ut vincera Sylla apud Sueton. in Iulio Caes. GAVLM.

ἀνάγει καὶ περὶ τὴν οἰκίαν μετᾶγει με] Horum loco G ἄγει με περὶ τὴν οἰκίαν. D. et E. ἀνάγει με καὶ ἄγει με περὶ τὴν οἰκίαν. Sensus: Deducit me in pompa, tamquam dei simulacrum, domum. Quo sensu ἀνάγειν dici demonstravit Ebertus Σικελ. p. 36. 133. Lectionem loci a me receptam iam olim approbaverat Grasse p. 274.

μάλα με φιλοτίμως φιλοφρονεῖ] G cum D et E φιλοφρονεῖται με μάλα φιλοτίμως. Ceterum activum verbi φιλοφρονεῖν nove dictum. Grasse l. l. retinet φιλοφρονεῖται.

